



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Vestimenta Sacra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Quartò, an pensio dicatur vacare per promotionem ad aliud beneficium, vide Gom. in q. 17. de infir. resig. col. si. & q. 21. de ann. possess.

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequitionem secundi, juxta dispositionem Exirav. Exercrabilis, vide in verb. beneficium, §. 3. concl. 3.

Sextò, si electus moriatur in Curia, an beneficium, in quo quis fuit electus, dicatur ibidem vacare, videtur quod non, Selva loc. cit. q. 12. n. 21. in fine, Gom. de impetr. benef. per obit. famil. Card. qu. 24. de non tollende jure quæsito. qu. 1. col. 3.

Septimò, quot modis dicatur vacare beneficium, vide per extensum Staph. à fol. 110. & infra, ubi enumerat sex modos, & Abb. in cap. si quis clericorum, nu. 6. & 7. de cohab. cler. & mulier. ubi habes, quando detur vacatio per matrimonii, vel sponsaliorum contractum, & in cap. sane, & in c. diversis fallaciis, de cler. sonjug.

Octavò, vacantis Ecclesie fructus non potest is, ad quem eius collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectorate providere, etiam si beneficium fuerit manuale, sed potest ejus habere custodiā, nec fuerit provisum de Rectorate, Abb. in c. ad aures, de exce. pralat. sed bene custodire. Innoc. in c. cum vos, de offic. ordin.

## VESTIMENTA SACRA.

## SUMMARIUM.

1 Quot sint.

2 Quis benedicere ea possit.

3 An quis possit uti aliquibus non benedictis.

4 Tobale altaris cuius quantitatis esse debent.

**A**D PRIMUM, vide Sylvest. ver. beneficio, §. 5.

Ad SECUNDUM, iure communi. Primo, pertinet ad Episcopum. Secundo, ex privilegio Papæ Ministri, & Provinciales Fratrum minorum, possunt benedicere corporalia, & ijdem, & Custodes, & Guardiani ornamenta pro ordine suo, & pro Monialibus sanctæ Claræ, totiusque ordinis, sed non pro aliis: Navar. capitulo 25. numero 94. notab. 18. prope finem. Idem censet de Abbatibus, Anchæ, in capit. Abbates, n. 3. ver. 7. de privilegi. lib. 6. & idem (excepto corporali) possunt simplices sacerdotes ordinis Prædicatorum, Sylvest. loco cit. in fine, §. 3. & idem credo, pro usu suarum Ecclesiæ, prout de fratribus Minoribus dictum est.

Ad TERTIUM, peccat graviter, qui utitur in Missa vestibus non benedictis, Sylvest. in ver. Missa, num. 2. Armil. eo. ver. numer. 6. Soto 4. Senten. dist. 13. quæst. 2. & 4. Astens. lib. 4. tit. 14. ar. 4. q. ult. Navar. loc. cit. Angel. in ver. Missa, num. 35. Sum. Sacram. quæst. 93.

Ad Quartum, videto instructiones in aëtibus Mediolanensis Ecclesie, ubi multa habes de ornamentis altarium.

## VASA SACRA.

**V**Trum possint tangi a constitutis in minoribus ordinibus? Videtur quod

III 3 non,